in necessariis vite materno
providit affectu. Circa quos
V. tam benigne et tam caritative
/. se gessit, ac si omnes in carne
genuisset. Quam versa vice
idem pueri et matrem dili-
gebant et matrem appella-
/ac bant, advenienti occurrebant
et quemadmodum pullo congre-
/. gantur sub alis gallinae, ita
sub alis maternitatis ejus
parvuli illi pauperes quie-
centes fouebantur. Si quos ta-
men inter eosdem puerulos
magis noverat, capite sca-
/. biosos, debiles, sordidos et
/. ceteris deformiores, specia-
/. lius fovere studuit, capita
eorum viso horrenda mani-
/. bus suis attrectans, et in
sinum suum illa reclinans:
Tac /ac Sinite, inquit, parvulos ad me
/ac venire, talium est enim reg-
num celorum. Et cum fons
pietatis in corde tante hu-
/ac milis stare non posset, quin
/. effluere, eisdem puerulis
/. in solacium olliculas, an-
nulos, vitreos et alia hujus-
modi elenodia tali etati
/. congruencia emit et detulit,
in quibus pius dominus pie-
tatem suam ostendit. Nam
/e cum beata Elyzabeth vasa
illa fictilia et vitrea in
pallio suo deferret, egressa
de civitate supra castrum

idē, nisi quod ite ut idē
[illegible]

x despectos

x scaturiens

x [illegible]